eius audieritis nolite obdurare corda
uestra sicut in exacerbatione secundum diem
temptationis in deserto ubi temptaue
runt me patres uestri probauerunt et
uiderunt opera mea. Quadraginta
annis proximus fui generationi huic
et dixi semper hii errant corde ipsi
uero non cognouerunt uias meas
quibus iuraui in ira mea si introibunt
in requiem meam. Gloria patri et
filio et spiritui sancto. Sicut erat in
principio et nunc et semper et in se
cula seculorum amen.

Dominica prima in aduentu domini sab
bato precedenti. ad uesperas super psal
mos. antyphona.

Benedictus. ps. Ipsum. R. Ecce di
es ueniunt. V. In diebus illis. V. Conditor
R. Rorate celi de super et nubes pluant
iustum. Aperiatur terra et germinet. Ad magnificat.
Ecce nomen domini ue nit de lon
ginquo et claritas eius replet orbem
terrarum. ps. Magnificat. In matutinis.
Ecce uenit rex occurramus obuiam
saluatori nostro. ps. Venite. V. Verbum supernum pdi. ymnus.
ad Scientes quia hora est iam nos de
sompno surgere nunc enim propior
est nostra salus quam cum credidimus